

art 2. sic ait: Si per halchemiam fieret aurum verū, non esset illicitum ipsum pro vero vendere: quia nihil prohibet, artem uti aliquibus causis naturalibus ad producendos naturales & veros effectus, sicut etiam Divus Augustinus dicit lib. de Civitate Dei. Sunt & alia testimonia plurima, sed cum nulla citas in contrarium, hæc enarrasse sufficiat.

Tricesimum sextum Argumentum.

xxxviii

Formæ rerum non sunt separabiles, sed in materiam tantum propriam agunt, non in aliam.

At formæ lapidis Philosophici & metallorum sunt separabiles. Ergo,

Forma lapidis non aget in materiam metallorum.

Responsio.

Idem argumentum quod decimum quintum & vicesimum nonum. Idcirco huic idem quod illis respondendū est. Qualitates enim quæ sunt in multis corporibus diversarum specierum, si contrariæ sint, pugnant, & agunt & patiuntur invicem seseq; ad moderationem redigunt, fitque unum corpus unius formæ, prioribus exinanitis.

Ex pugnâ
contrariâ
rum qualâ
tatum sit
nova mis
tio & no
va forma
oritur.

Tricesimum septimum Argumentum.

xxxix

Individuum unius speciei non potest transmutari in Individuum alterius speciei, ejusdem generis proximi.

At qui stannum, plumbum, æs, & ferrum sunt sub codē genere, scilicet metalli. Ergo,

Aliud non potest transfire in Individuum aliud.

Responsio.

Repetitum est hoc argumentum. Est enim secundum ex ordine superius cōstituto. Itaq; huic, ut illi, est respondendū.

Tricesimum octavum Argumentum.

xxxx

Chemici dicunt, metalla debere resolvi in materiā eorum primam, si in argentum aut aurum ea mutari oporteat. At hoc fieri non potest. Ergo, In argentum aut aurum transmutari non possunt.

Responsio.

Periti Argyropœiæ & Chrysopœiæ de resolutione in primâ materiam differentes intellexerunt de materia argento & auro proxima, quæ est argentum vivum, ut jam sæpe dictū est, non de materia ex qua in minerali terræ mixta sunt.

Tricesimum nonum Argumentum.

xxxxi

Quæ artes quotidie experimentis esse probâtur, veræ sunt, ut Medicina, Ars fusoria & cæteræ.

At Ars Chemica nusquam experientia aliqua probata est. Ergo.

2. Vol.

F

Ars